graue vt patet ex diffinitiõib⁹ talium motuũ ſʒ hoc eſt falſum. Tũ quia ſecundum hec ad cuiuſlibet grauis deſcenſum ignis violenter moueretur. Tum qꝛ ſi tunc ſimul aliquis ignis aſcenderet perpendiculariter per eandem lineam per quam deſcederet graue celum traheret ſe ignem ſibi ꝓximum ⁊ cetera corpora media vſqꝫ ad ignem aſcendentẽ ⁊ per ꝯñs omnia illa media ſimul aſcenderent ſecundũ eandem lineã rectam. Et per hoc contrariis motibus mouerẽtur tum quia in tali expulſiõe ipſum celum aut pars ei⁹ ſequeretur ignem proximum quem expelleret ⁊ tũc vel totum celum deſcenderet vel pars eius abſcideretur ab eo que ignem ſequeretur aut ĩ tali expulſione nec celum nec pars eius ſequitur ignem ⁊ tunc ſequitur ꝙ vacuum remaneat iuxta celum vel dicatur ꝙ alia pars lateralis ignis rarefiet quouſqꝫ impleat locum expulſe quod nõ videtur poſſibile naturaliter cum ille ſit ignis habens ſummam raritatem ſibi poſſibilem naturaliter aut abſqꝫ rarefactione per motum localem ſibi ſuccedit ⁊ tũc eadem ratiõe .iij. veniet ad locũ ſcđe ⁊ .iiij. ad locũ .iij. ⁊ ſic deinceps et per cõſequẽs tota ſpera ignis mutabitur que omnia ſunt abſurda. Cõfirmatur nã veriſibile eſt dicere ſi lapillum habeo in manu mea ⁊ dimiſero illũ cadere mox tota regio ſuperior agitetur quod tamen ſequeretur ſm ꝑdicta qm̃ vt videmus nunqꝫ aliquid expellit aliud niſi illud ſit ſibi ꝓximũ expellendo aliquid ꝓximũ mediante quo expellat aliud ⁊ ſic deinceps vſqꝫ ad vltimũ hoc etiã videtur de intentione commentatoris vt ait ſcđo celi ĩpoſſibile ẽ vt aliqđ moueatur ab aliquo in loco mediãte aliquo nõ moto a primo mouente. Et ex hoc infert ꝙ pars aeris oppoſita ſoli nõ poteſt moueri localiter motu recto per expulſionem ab ipſo ſole quia pars celi media inter aerem ⁊ ſolem ſic non poteſt a ſole moueri. Item horologium mouet ſe licet ſit inanimatum.

¶ Tertio vel huiuſmodi corpora ſi non mouẽtur a ſe mouentur actiue a locis ad que tendunt. Sʒ hoc non quia tũc velocius moueretur graue minus verſus cẽtrum qꝫ maius ceteris paribus quod patet eẽ falſum conſequentia probatur vt ſupra. Item quia talis mot⁹ eſſet attractionis vt patet ſed in tali motu non poteſt moueri aliquid diſtans a mouente niſi moueantur omnia media vt notum eſt ⁊ ſic ſeqtur ꝙ quando modicus ignis hic genitus aſcẽderet omnia corpora media vſqꝫ ad cõcauũ celi aſcenderẽt et econuerſo ſi graue ꝑpendiculariter deſcenderet omnia media ſimul deſcenderent quod eſt inconueniẽs ⁊ ex hoc ſequitur ꝙ pars ignis tangens celum igne aſcendente deberet aſcendere vel condenſari ⁊ ꝑ cõſequens tota ſpera illa.

¶ Quarto ad idẽ omni attractione vera neceſſe eſt attrahens cum attracto moueri vt habetur ſeptĩo phi. ⁊ per ꝯñs oporteret ꝙ celũ aſcenderet quod eſt falſum. Et ſi dicatur ꝙ quedam attractio eſt attrahente quieſcente vt eſt attractio ferri a magnete dicendum ꝙ nunqꝫ attrahens quieſcens mouet ꝓprie et actiue ſed potius metaphorice per modum finis: vt dicit commen. ſeptimo phi. commẽto .x.

¶ Quinto vel mouentur a mediis in quibus ſunt ⁊ hoc non quia tũc idem actiuum naturale per ſe moueret ad plures differrntias poſitionis ⁊ ſecundum contrarios motus quod repugnat actiuo naturali: quia eſt ex ſe determinatus ad vnũ. ꝯ. ꝯña probatur Nã per eandẽ partẽ medij ꝑ quã leue aſcẽdit ꝯtigit graue deſcendere ⁊ econtra ⁊ ſil' dũ per vnã aſcendit leue per aliam ſimilem penitus ⁊ propinquam cõtingit graue deſcendere. Item ſi ſic aut ead[illegible] de hiis in dij cõtinue moueret corpus motum a princi[illegible]ta tus vſqꝫ ad finem aut alia poſt aliã. Sicut multi dicunt accidere in motibus proiectorum. Primũ non poteſt dici quoniam tũc ſequeretur ꝙ cum graue generatum ſuperius in aere puta grando vel nix deſcẽderet aliqua pars aeris ab illa ſuperiori regiõe vſqꝫ ad terram deſcenderet. quod non conuenienter dicitur. Nec ſecundum quia tũc quanto illud magis deſcenderet tãto tardius moueretur quod eſt falſum. conſequẽtia patet: quia in tali motu ſecũdũ mouẽs minus mouet qꝫ primũ ⁊ tertiũ qꝫ ſm ⁊ ſic deinceps vt patet in proiectis. Itẽ aut moueť a medio tanqꝫ a motore prio nõ moto ab alio aut tãqꝫ a motore ſecundario. Non ſecũdũ / qꝛ tunc oporteret aſſignare qs eẽt ille motor ꝑor. Preterea nos hic de tali motore primo inquirimus. Nec primũ qm̃ a quacunqꝫ parte medij ponatur graue ſuperius genituʒ moueri ſiue ab ea que eſt ſupra ipſum ſiue ab ea que eſt ſub ipo ſiue a laterali ſequitur ꝙ illa ex ſe moueatur deorſum ⁊ per conſequens ex ſe mouetur contra ſuam naturam quod repugnat. Et ex hoc ſequitur ꝙ motus non eſt violentus vt puta ipſius aeris deorſum.

¶ Sexto arguitur ꝙ graue non mouetur immediate a generante qm̃ ignis aliqñ gñať ex ꝑcuſſione ſcilicis ad ferrũ ⁊ tñ non mouetur ab eo ſurſum. Item illud quod produxit iſtũ lapidem eſt corruptũ a cẽtũ annis ergo ab eo nõ mouetur iſte lapis deorſum. Tenet conſequentia quia mouens eſt ſimul cum moto et nihil mouet effectiue niſi ſit quia inter mouẽs realiter ⁊ motum eſt relatio realis quia mouere dicit ens reale ⁊ ſequitur eſt mouens ergo eſt.

¶ Septimo aqua alterat ſeipſam reducendo ſe ad frigiditatem effectiue per ſuam naturã ergo mouet ſe. Item aqua frigefacit digitum poſitum in ea quãdo ipſa frigeſit ergo poteſt ſeipſaʒ alterare qꝛ frigefactibile eſt obiectũ ſue actionis ergo poteſt in omne frigefactibile ſi dicas ſicut đ vino quod calefacit hominem tamen non calefacit ſe / quia agens debet eſſe approximatum paſſo modo idẽ non approximatur ſibiipſi. Contra dato ꝙ ignis ⁊ aqua eſſent penetratiue adhuc ignis calefaceret eam ergo nõ requiritur diſtinctio ſecũdum ſitum. Item ſequeretur ꝙ lapis productus a ſolo deo non poſſet naturaliť moueri niſi ab ipſo ſolo deo quia non poteſt moueri niſi a generante.

¶ Octauo forme eſt agere ſed graue habet formaʒ ergo mouet ſe. Poſtqꝫ generans eſt corruptum. Si dicas ꝙ mouetur ratione impreſſe virtutis. Contra illa virtus eſt accidens / ſed accidens non mouet niſi virtute ſubſtantie ergo ibi eſt aliqua ſubſtantia mouens. Item eodem modo poſſet dici ꝙ animata non ment ſe / quia non poſſunt mouere ſe niſi per virtuteʒ quam acceperũt a generante. Item inanimata ſunt corruptibilia. ergo ſine extriſeco poſſũt moueri motu corruptionis. Item grauitas nõ tantum eſt qualitas paſſiua ſed actiua patet / quia ipſa poſita in lapide videmus ipſum moueri omni alio remoto / vnde ſi lapis fuiſſet ab eterno tunc non haberet gñans ⁊ tamen moueretur ergo nunc non mouetur a generante ſed a grauitate alias forme naturales non haberent proprias operationes.

¶ Nono Ex hac opinione ſeqtur ꝙ phiſice nichil poteſt probari eẽ cauſa effectiua alterius quia videmus ꝙ poſita grauitate remoto impedimento res mouetur. Et tamen ſecundum hanc opinionem non